

pena vigintiquinque libr. par., et nichilominus si renuntiaverit
 privetur et privari debeat a quolibet offitio civitatis Tergesti,
 a die refutationis in antea per quatuor annos. ¶ Et nullus qui
 non fuerit advocatus electus possit advocationem facere ad
 stangam comunis pro aliqua persona, excepto quam pro suo 5
 propio negotio, nec aliquis procurator alicuius etiam possit
 advocare pro illo qui eum ¹⁾ procuratorem constituerit, excep-
 tis dictis sex advocatoribus comunis, sub pena decem libr. par.
 pro quolibet contrafatiente, et facta per ipsum sint cassa.
 ¶ Salvo quod extraordinarie et extra placita ordinaria quilibet 10
 possit advocare. ¶ Qui vero sex advocatores sic electi iurabunt
 ad sancta Dei evangelia, singulis diebus, quando placita gene-
 ralia fient in palacio comunis, venire ad dicta placita quando-
 cunque audierint tintanabulum ad palacium pulsari, etiam
 pena duorum gross. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, 15
 salvo iusto inpedimento, et ad dicta placita permanere usque
 ad complimentum dictorum placitorum. ¶ Et quandocunque
 fuerint requisiti per dominium coram ipso comparere, et de
 hiis que sciverint bona fide cuicunque petenti consulere, et
 53 A rectas recordationes dare, et causas cuiuslibet persone // que 20
 ad eos pervenerit sollicite providere et procurare, et cuiuslibet-
 cunque persone eos vel alterum eorum petentis et requirentis
 bona fide et sine fraude advocationem facere, nec alicui fraudi
 consentire que ²⁾ esset in dampnum et preiudicium illius pro
 quo advocatus esset, nec eorum defectu vel culpa(m) questio- 25
 nem aliquam sive causam amittere vel simulare. ¶ Item non
 introducere vel introduci facere aliquos testes falsos vel iura
 aliqua falsa suo scitu in iure, nec causam aliquam dilatare
 per fraudem, et non advocare contra aliquam personam in
 aliqua questione in qua primo fuissent advocati pro ea, nec 30
 consulere vel esse cum parte adversa in eadem questione ali-
 quo tempore, nec pepigere seu patizare palam vel oculte per
 se vel alium modo aliquo cum aliqua persona pro qua facerent
 advocationem, sed tantum sibi solvi facere ¹⁾ secundum for-
 mam infrascriptam, etiam pena vigintiquinque libr. par. inter- 35

¹⁾ Aggiunta marginale. ²⁾ qui.